

FERRANTIS
GARGIAREI
BONON.

Patrociniorum.

LIB. II.

AD SANCTISSIMUM,
AC BEATISSIMUM
DOMINUM
SIXTUM QUINTUM.

Quibus accessit Index locupletissimus.



BONONIAE, Apud Ioannem Rossium. MDLXXXVIII
Curia Archiepisc. & S. Inquisit. concessu.

WADY ONOQ B WTYE ABBT TEE 7402
COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO
DOMINO
SIXTO QVINTO
PONT. OPT. MAX.



AVLO post obitum sc̄el. re. Gre-
gorij xij. dum essem in Aedibus
meis, audiui latantium voces in
Via publica, nunciantes S. V. in
summum Pontificem electam.
Tunc laudavi, & benedixi Deū,
quia dedisset nobis optimum to-
tius Ecclesiæ reformatorem, sperans proximè
venturum tempus, in quo vestra Ciuitatis Bononiæ
ciues (iectis, sublatiſq. facinorosis, & grassatoribus)
Villis suis pacificè, & quietè insistere, frui, & gaudere
possent; & quod iustitia, æqua lance, omnibus indif-
ferenter, & nulla personarum considerata qualitate,
semper, & ubiq. administraretur, & tota deniq. Resp.

FERRANTIS
GARGIAREI
BONONIENSIS
PATROCINIORVM

LIBER II.

SVMMAE.

- 1 Statutum vt victus victori in expen-
-sis condemnatur, quomodo intelli-
-gatur.
- 2 Clausula appellatione remota, quomo-
-do intelligatur.
- 3 Petens caueri de expensis reficiendis
in causa appellationis censetur illam
admittere, vt habeat omnes effectus
iuris.

PATROCINIVM I.



DIFFICULTAS
presentis questionis
versatur circa illud,
An videlicet sit exe-
quenda sententia,
ultimo loco lata per D. Petrum
Cartolarium, per quam fuit abso-
lutus aduersarius ab imputations
bus sibi ascriptis, & Clientis meus
in expensis condemnatus, stante

statuto, quod Iudex precise cogat
Accusatorem, quibuscunque re-
medijs infra octo dies a die abso-
lutionis diffinitive, vel ab obser-
uatione iudicij ad reficiendum
Accusato, omnes expensas, omni
iuris, & facti exceptione, defensio-
ne, & appellatione reiectis, hæc
sunt verba statuti; De iure coi, res
caret omni difficultate, quod non
est exequenda huiusmodi senten-
tia, ex quo ab ea fuit appellatum,
quæ appellatio suspendit pronun-
ciatum l. 1. ff. ad Turpil. & ea pen-
dente nihil est innouandum. toto
titu. nil nouari appellatione pen-
dente. Solum itaq; reducitur pū-
ctus ad statutum. Quod quidem
statutum ¶ tanquam iuris com-
munis correctorium, est strictissi-
me interpretandum. l. si serui, vbi
Salye. nu. 2. C. de noxal. & vt iuri
communi nihil addat, ne quis in-
debite damnum patiatu

A muniter